

## Parænæsis Votiva

## AD LUSATIAM; X 1974796

*Seriò invitans*

Omnium Ordinum cives, maximos, minimos, medioxumos: ut fatalem, & singularem in Patriæ gubernatione mutationem, piis & faustis comprecationibus prosequantur.

*Dum,*

DEO OPT. MAX. ITA MODERANTE, ET  
FELIX ID FAUSTUMQUE, SUO NOMINI GLORIOSUM,  
SUMMIS PRINCIPIBUS SUMME HONORUM,  
SALUTI PUBLICÆ FRUCTUOSUM,  
*esse jubente;*  
AB INVICTISSIMO AC POTENTISSIMO  
PRINCIPE, AC DOMINO,

## DOMINO FERDINANDO II.

D.G. ROMANORUM IMPERATORE AUGUSTISSIMO,  
UNGARIÆ, BOHEMIÆ QUEREGE, &c, &c, &c,  
DOMINO NOSTRO LONGE OMNIUM  
CLEMENTISSIMO,

MARCHIONATUS UTRIUSQUE LUSATIÆ  
*traditur*

SERENISSIMO AC ILLUSTRISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO JOHANNI-GEORGIO  
DUCI SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM,  
SACRI ROM. IMPERII ARCHIMARSALLO, ET  
ELECTORI, &c, DOMINO NOSTRO  
CLEMENTISSIMO;

Solennissimis auspiciis Traditionis à Superiore Lusatiâ

In Conventu, Ordinum Illius, Illustrum, Reverendissimorum,  
Generosissimorum, Magnificorum, Nobilissimorum, Strenuissi-  
morum, Amplissimorum, Spectatissimorum,  
*florentissimo,*

GORLICII; die 24 Aprilis. S. N: qui est S.V. 14 ejusdem  
mensis, dies nempe Viridium;

Anno reparatae Salutis M. DC. XXXVI.  
*factis.*

BIBLIOTHECA

Inferioris Lusatiæ traditione statim secuturâ. PONICKAVIA

Præmissâ brevi Chronologia præcipuarum mutationum  
in hoc Marchionatu Lusatiæ.



DANIELIS 2. V. 21.

Deus mutat tempora & ætates: transfert  
regna atq; constituit.

*Chrysostomus in c. 13 ad Rom. homil. 23.*

**T**ὸν ἀρχὰς ἔιναι, καὶ τός μεν ἀρχεῖν, τός δὲ ἄρχεσθαι: καὶ μηδὲ ἀτλῶς,  
καὶ ἀνέδω ἀταντα Φέρεσθαι, ὥστερ ουμάτων, Τῆδε πάκεστε λῶν δῆ-  
μων τεριαγομένων, Τῆς τῷ θεῷ σοφίας ἔργον ἔιναι Φημί.

**Q**uodd principatus sunt: quodd hi quidem imperant: isti vero subjecti  
sunt: quodq; non simpliciter ac temere cuncta feruntur: nec flu-  
ctuum instar populi hucatq; illuc circumaguntur: divinæ sapien-  
tiae opus esse dico.



# Synopsis Chronologica præcipuarum mutationum, & vicissitudinum Gubernationis in Marchionatu utriusque Lusatiae.

Facta est ista celebris Traditio Lusatiae Utriusq;

Anno

**A** Marchionatu isto ab HENRICO AUCUPE Imperatore primùm condito, & Slavonicis ac Sarmaticis gentibus opposito: renunciato primo Marchione Lusatiae Gereone, Comite Stadensi; ac primo Burggravio Magdeburgensi, 706<sup>to</sup>.

Successores habuit in Marchionatu Christianum, Sororis maritum. Dietmarum I. Christiani filium. Dietmarum II. nepotem. Ottонem pronepotem: qui improlis deceſſit.

Ab initiis conversionis locorum aliquot Superioris Lusatiae ad fidem Christianam, occasione matrimonii Dobravæ, vel Dombravæ, Boleslai I. Sævi, Ducis Bohemiæ filiæ, cum Mieslao (qui & Mesco dicitur) primo Poloniæ rege Christiano, 671<sup>mo</sup>.

Prima ista initia incidunt in annum emortualem Geronis, Primi Marchionis Lusatiae, videlicet in annum Christi 965: quo Poloni & Silesii baptismum suscepérunt.

Ex quo primùm transiit Marchionatus Lusatiae ad Marchionem Misniæ Dedonem, tempore HENRICI IV. Imperatoris. 561<sup>mo</sup> circiter.

Ex quo Lusatiam superiorem Dedoni illi, concessione HENRICI IV. Imperat. erexit Bohemiæ adjunxit Vratislaus Dux, & primus rex Bohemiæ, 550<sup>mo</sup>.

Ab hoc tempore Lusatia Superior Bohemiæ paruit per annos circiter 145, & quidem principibus Septendecim, nimirum Ducibus 12, regibus 5. Qui fuerunt Vratislaus Dux vigesimus, & rex primus. Cunradus I. Bretislaus II. Borivoius II. Suatoplucus. Vladislaus I. Sobieslaus I. conditor Gorlicii Anno 1131. Vladislaus II rex Secundus. Fridericus. Sobieslaus II. Cunradus II. Wenceslaus. Primislaus Ottogarus I. rex tertius. Henricus. Vladislaus III. Wenceslaus Ottogarus I. rex quartus. Primislaus Ottogarus II, conditor Zittaviae, Anno 1255. rex quintus.

Ex quo Lusatia, Bohemis Superiori tenentibus, Comiti Groicensi Wiperto, ex veteri regum Daniæ & Ducum Holsatiæ stirpe oriundo, ab HENRICO V. Imperatore fuit tradita, 513<sup>mo</sup>.

Reliquit iste unicum Lusatiae Marchionem successorem, Henricum filium, qui anno 1134 sine liberis obiit.

A principio conversionis Lusatiae inferioris ad Christum, per Ottoneum, Episcopum Bambergensem, Pomeranorum Apostolum, 512<sup>mo</sup>

Posteaquam secundâ vice Lusatia, inferior potissimum, Misniae Marchionib⁹, auspiciis LOTHARI II Imperatoris, cessit: & quidem Timonis filio Cunrado Magno: sub quo, deletis ab Alberto Urso, & Henrico Leone, Saxoniae Duce, Sorabis, in Lusatiam novi è Germanis, Belgis & Rheni accolis, coloni deducti sunt; & simul vitium plantatio introducta: & linguæ Germanicæ usus postliminio restitutus. 502<sup>do</sup>

*Ex hac familiâ Lusatiam tenuerunt Marchiones novem. Cunradus Magnus, ortus à Witekindo Magno, ultimo Saxonum Rege ethnico, & primo duce Christiano. Dietericus I filius. Dedo II, Dieterici frater. Cunradus II, filius. Dietericus II, Ottonis, Marchionis Misniae, filius. Henricus Illustris. Dietericus III, ejus filius. Dicemannus, Dieterici III ex fratre Alberto, Turingiae Landgravio, nepos. Fridericus cum admorsâ genâ, Dicemannus frater, dictus Fortis. Cujus filio Friderico Gravi, Gorlicium, ab ipso possessum, Johannes Lucemburgicus rex Bohemiae, Anno 1329, eripuit.*

Ex quo Lusatiam Superiorem, dotis loco, à Socero suo Wenceslao Ottogaro I, rege Bohemiae, accepit Otto Pius Marchio Brandenburgensis, ductâ ipsius filiâ Beatrice in uxorem. 405<sup>to</sup>

*Dedit familia Brandenburgensis Marchiones quinq;. Ottонem Pium, fundatorem Monasterii Gorlicensis, Anno 1234. & amplificatorem urbis. Ottонem Longum filium. Hermannum nepotem. Johannem Illustrum, pronepotem. Woldemarum, Johannis fratrem, improlem; & suæ familie postremum.*

Ex quo Lusatia, post obitum Woldemari, ortis bellis Bavaricis, ad Bohemiae regnum rediit, & quidem ad familiam Lucemburgicam, (Johanne Lusco, Henrici VII Lucemburgensis, Imperatoris filio, nuptiis Elisabethæ, Wenceslai II Senioris, Regis Bohemiae, filiæ, rege designato) circiter, 307<sup>mo</sup>

*Ab hoc tempore Lusatia semper Bohemiae conjuncta mansit. Johanni isti Lucemburgico successit filius, CAROLUS IV Imperator. Is Johannem filium Ducem Gorlicensem constituit. Eum secutus est WENCESLAUS Imperat. & rex. Cui succedit frater SIGISMUNDUS Imperator, & rex Ungariae & Bohemiae, relictâ unigenitâ filiâ Elisabethâ.*

Ex quo ad familiam Austriacam pervenit, nempe ad ALBERTUM II Imperatorem, & Ungariae ac Bohemiae regem, RODULPHI Habsburgici Atnepotem, Sigismundi Imperatoris generum. 198<sup>vo</sup>

*Succedit Ladislaus Posthumus.*

Ex quo Vladislaum, familiæ Jagellonicae, Bohemiae regem habuit.  
165<sup>to</sup>

*Relicto successore Filio Ludovico.*

Ex

Ex quo Matthiam, Ungariæ regem, Dominum habuit, titulo trans  
actionis cum Vladislao Jagellonico, ad dies vitæ. 161<sup>mo</sup>

Ex quo ad familiam Austriacam revoluta est in eodem regno, DIVI  
FERDINANDO I Imperatore, Ungariæ & Bohemiæ rege; desponsata  
ipsi Annâ, Ludovici Jagellonici Sorore. 109<sup>no</sup>

*Ei successerunt continuâ serie invictissimi Imperatores, Ungariae & Bohemiae  
reges, Divus MAXIMILIANUS II filius. Divus RODULPHUS nepos  
Divus MATTHIAS, RODULPHI frater. Divus FERDINANDUS II  
qui nunc rerum potitur, ex filio CAROLO nepos.*

Sacratissimi nostri Imperatoris DIVI FERDINANDI II regno-  
rum; Romani Imperii 17<sup>mo</sup>, Ungariæ 18<sup>vo</sup>, Bohemiæ 19<sup>no</sup>

Serenissimi Electoris Saxoniz, novi Marchionis Lusatiz, JOHANNIS  
GEORGII, HENRICI SAXONIZ DUCIS (qui fuit FRIDERICI cum ad-  
morsâ genâ trinepos) pronepotis, Electoratus 25<sup>to</sup>

Hypothecariæ possessionis, qua Celsitudo ipsius Marchionatum utri  
usque Lusatiz obtinuit, 15<sup>to</sup>

Ex quo, auspiciis clementissimis MAXIMILIANI III Imperatoris  
sanctissimæ recordationis, Gymnasium Goricense Augustum, in Mo-  
nasterio apertum est: quod deinde, qui successerunt, Sacratissimi, & Au-  
gustissimi Imperatores, clementissimè conservatum, humilimis & im-  
mortalibus gratiis Musarum Goricensium, foverunt. 71<sup>mo</sup>



Votum Paræneticum.

Pro felici auspicio, & successu salutari  
magz mutationis in Marchionatu  
Lusatiz.

Sit fas, Parnassi tenui mibi prændere versu  
Votum; quod PATRIÆ dicere FATA jubent.



Egnorum versare vices, stabilesq; tenero:  
Esse opus hoc IOVÆ, Lusata Terra, doces.  
Mitia namq; diu BOIEMIA es sceptra secuta,  
AUSTRIACÆ imperiis obsequiosa DOMÙS.  
Nunc DOMINI alterius clementis tradere juri:

Quo Te clementi solvit amore PRIOR.

CÆSARIS auspicionam MAGNI, cedis habenis:  
SAXONIÆ quas Dux ENSIGER inde regat.  
Non hæc eveniunt sine certo NUMINE IOVÆ:  
Per quem Rex regnat: jura feruntq; Duces.

Lusatia ò felix! Tua si bona pectore grato  
A summo accipies REGE POLI, atq; SOLI.

Omnia salva Tibi: Libertas aurea, Leges,

Templa, Scholæ: Et salva est Relligio ipsa Tibi.  
Pro clemente Patrocinio, dic, MAXIME CÆSAR,

Gratia ab Astrariero sit Tibi summa D E O.

Hisq; Tuis meritis gerimus quoniam ora minora:

Namquæ majora his, INCLYTE CÆSAR, erant?  
Gloria Teque Tuamq; Domum super æthera vectet:

Unde mihi superant hæc bona, digna Polo.

Dia volunt, humana Et scita: DEUM esse sequendum:

Namq; secuturo prospera cuncta fluunt.

Quem Deus OMNIPOTENS designat: ut inde sequareis,

Lusatia: bunc DOMINUM nosce timeq; Tuum.

Ergo felici sequere omne FATA: jubente

CÆSAREQUE ENSIGERO subjiciare Duci.

Fœta bono omnigeno hæc Tibi sit MUTATIO ab Illo:

Qui Mundum fecit: cum nihil antè foret.

Ergo, ò Relligio, Fora, Curia, Templa, Scholæq;;

Lusatiæq; omnis publica- priva Salus.

Sint Tua apud JOVAM pro PRINCIPE semper in armis

Vota: manuâ duplice qui Tibi TUTOR adest.

O CELSE ELECTOR, NOVE MARCHIO, JANE GEORGI,

Sis nobis major prosperitate Tuis:

ET TUA, NATORUMQUE, ET, QUI NASCENTUR AB ILLIS,

Lusatiæ vireat RUTA salute diu.

Munere protanto TUA RUTA æqua va sit Orbi:

ILLIDUM imponat cœlica ferta DEUS.

Humilimâ subjectione, summis Principibus debitâ,

&  
Calidissimo in communem Patriæ Salutem,  
affectu nuncupabat

M. Martinus Mollerus.



Loco felicis Clausulæ,  
Eteostichon votivum, è dicto Paulino  
ad Phil. 4. v. 7. verbis paululùm variatis,  
retento sensu.

paX DEI, qUa superat oMnIa, protegat  
sensUs nostros In Chrlsto IesU.



GORLICI LUSATIONUM.

K. 884 A

Georgijus Vasilijevic Chavchaj  
Expositio de Bibliotheque  
Academie Russicae  
X. De Mitis Ubelat Monis Procedae  
Expositione Cptijos Iessi.

Georgij Iasaviron

V077

21

A principio conversionis Lusatia inferioris ad Christum, per Ottone, Episcopum Bambergensem, Pomeranorum Apostolum, 512<sup>mo</sup>.

Posteaquam secundâ vice Lusatia, inferior potissimum, Misnia Mar-chionib⁹, auspiciis LOTHARII II Imperatoris, cessit: & quidem Timonis filio Cunrado Magno: sub quo, deletis ab Alberto Urso, & Henrico Leo-ne, Saxoniæ Duce, Sorabis, accolis, coloni deducti sunt, linguæ Germanicæ usus pos-

*Ex hac familiâ Lusatiam ortus à Witekindo Magno Christiano. Dietericus Dietericus II, Ottonis, ricus III, ejus filius. Ringiae Landgravio, noster, dictus Fortis. Cujus Johannes Lucemburg.*

Ex quo Lusatiam Superiortogaro I, rege Bohemiæ, accedita ipsius filiâ Beatrice in

*Dedit familia Brandenburg-torem Monasterii Gor-nem Longum filium. potens. Woldemarum stremum.*

Ex quo Lusatia, post obitum Bohemiæ regnum rediit, & quod hanc Lusco, Henrici VII, Elisabethæ, Wenceslai II Ser-citer, 307<sup>mo</sup>.

*Ab hoc tempore Lusatia secemburgico successit filius Ducem Gorlicensem con-rat. & rex. Cui successione Bohemiæ, relietâ*

Ex quo ad familiam Aust Imperatorem, & Ungariæ a-gici Atnepotem, Sigismundum

*Successit Ladislaus Posthumus.*

Ex quo Vladislaum, familiæ Jagellonicae, Bohemiæ regem habuit.

165<sup>to</sup>

*Relicto successore Filio Ludovico.*



*Cunradus Magnus, thnico, & primo duce r. Cunradus II, fili⁹. ericus Illustris. Diete-fratre Alberto, Tu-enâ, Dicemanni fra-um, ab ipso possessum, ripuit.*

*Ex quo Wenceslao Ot-Brandenburgensis,*

*onem Pium, funda-torem urbis. Otto-nem Illustrem, prone-n; & suæ familie po-stremum.*

*s Bavaricis, ad Bo-mburgicam, ( Jo-choris filio, nuptiis & rege designato)*

*lit. Johanni isti Lu-s. Is Johannem filium VENESLAUS Imper-ator, & rex Unga-*

*d ALBERTUM II, u LPHI Habsbur-gvo.*

Ex